DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

SISTENS

CYSTOCARCINOMA COLLOIDEUM OVARII SINISTRI

[C]LINICE OBSTETRICIA VRATISLAVIENSI OBSERVATUM

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

[A]LMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XVIII. M. NOVEMBRIS A. MDCCCLVII.

H. L. Q. C.

1857

PALAM DEFENDET

AUCTOR

EMANUEL PISARSKI,

SILESIUS.

OPPONENTIBUS AMICIS:

A. DE TSCHISCHWITZ, MED. ET CHIR. DR.
A. KAMMLER, MED. ET CHIR. DD.

VRATISLAVIAE,
TYPIS HENRICI LINDNER.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, CELEBERRIMO,

PRODECANO H. T. SPECTATISSIMO

J. GUIL. BETSCHLER,

). ET CHIR. DR., UNIVERS. VIADRINAE VRATISLAV. PROF.
. ET SCHOLAE CLINICAE GYNAEC. MODERATORI, AUGUSTIS-
) BORUSSORUM REGI IN SUPREMO SILESIAE REGIMINE RE-
I MED. A CONSILIIS INTIMIS, COLLEGII SUMMI AD MEDICOS OM-
ORD. EXAMINANDOS DIRECTORI, AQUILAE RUBRAE EQUITI.
PLURIUM LITERARUM SOCIETATUM SODALI ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

REGIE DE SE MERITO SUMMEQUE VENERANDO

NEC NON

VIRO

HUMANISSIMO, AMPLISSIMO, GENEROSISSIMO

FAUTORI BENEVOLENTISSIMO

JULIO BRADE,

,OSOPHIAE DOCTORI, REGIIS REBUS METALLICIS PRAEFECTO,
IO ARTIS MUNIENDI MAGISTRORUM DUCI OMNI VIRTUTE OR-
'ISSIMO, FODINARUM ET OFFICINARUM METALLICARUM PRIN-
CIPIS PLESSENSIS DIRECTORI SUMMOQUE PROCURATORI

OPTIME DE SE MERITO SUMMEQUE VENERANDO

HAS

QUALESCUNQUE PAGELLA

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTO

Procemium.

rporis humani organa, de eorum actionibus si quaeris, in
ıs potissimum disponuntur species, quarum altera ea tenet
ana, quae ad vitam sustentandam personae prorsus neces-
ia sunt, quorum nullo corpus carere potest, quibus omni-
hoc unum propositum est, ut unoquoque pro consuetu-
e sua agente vitam singularem producant, altera eas com-
ctitur partes, quae genus sustinent atque propagant, par-
genitales, quae quandam separatam vitam in corpore vivo
unt, non ad ipsius vitam sustinendam utique necessariae,
adjuvantes quidem nec unquam corporis commodum se-
ntes, nonumquam modo, quum ex vitio congenito absint
imperfecte vitioseve creverint, id efficientes, ut sexus spe-
in corpore universo item imperfecte expressa sit. Quae
ana, si comparandi venia datur, tamquam parasiti a cor-
e aluntur tantum pro se ipsis nitentia officiumque suum
equentia, verum enim vero morbo correpta industriam suam
osissimum in modum augere solent cumque damno valetu-
is corporis universi tam dissolute crescunt, ut corpus ante
pus morte solvatur, quocum videlicet ipsa pereunt. Quae
endi ratio quasi parasitica mirum in modum in genitalibus
iebribus eaque maxime in morbis ovariorum cernitur, quo-
exemplaria insignia brevi abhinc tempore compluria ob-
vandorum in clinicis nostris ansa data erat cogitationesque
tras magnopere occupabat. Quare maxima laetitia perfu-
sum, quod praeceptor dilectissimus summaque pietate co-
lus Illustrissimus professor Betschler a me rogatus unum
is casum non solum accuratius describendum mihi reliquit,

sed etiam libris suis me benignissime adjuvit, ut hunc cas disserendi causa publici juris facere ausus sim. Liceat m gratias quam maximas, quas hac de causa et pro benevolen qua semper Illustr. professor Betschler in me usus est, intimo animo tribuo, hoc loco agam et exprimam. Nec r Experient. Dr. Freund, maxime de me merito, qui dux m erat benevolentissimus in disquisitionibus microscopicis g tias ago quam maximas ex intimo animo atque gratiam sem habebo pro assiduitate et facilitate, qua me hoc in opusc perficiendo adjuvit. — Non tantum mihi sumo neque arro ut putem, ex relatione mea expositioneque artem medicin maximos quaestus praedasque facere atque increscere et s dia morborum ovariorum et nominatim hydropis ovarii, quem omnes autores magna assiduitate inquisivere, de c tamen his demum decem annis indagationibus strenue insti tis magis eruditi facti sumus, licet minime adhuc contigerit, omnes pathologiae et therapiae partes satis illustrarentur, literarum studia, inquam, quippe quae operibus maxi egregiis jam abundent et usque commentariis diurnis et thographias et locos in cognitione et aestimatione positos pathologia et therapia hydropis ovarii continentibus auge tur, hoc libello illustrari et excitari. Id unum tantum spe ut casum specialem, quem acrius contemplari mihi licet quamvis quod dolendum est minus prospere evenerit, lit mandans simul judiciis virorum hac in re clarissimorum c paratis conformem meam opinionem, atque spero fore ut rius rectiusque quam adhuc usque de hoc morbo judic possim.

Antequam vero proprias nostras observationes expon liceat mihi ea afferre, quae animadverterat medicus dome cus et familiaris, qui primus aditum habuerat aegram nostr observandi eamque in clinicen nostram obstetriciam mise ubi sese ipsa, ut propriis ejus verbis utar, medicinae artis tibus ostentaret consiliumque eorum haud ambiguum ex reret.

Anamnesis.

A. V., rustici uxor pago Sch. habitantis triginta septem annos nata, septem et decem annos viro nupta, novem liberorum mater, quorum quinque superstites sunt, corpore mediocriter robusto et aliquantum procera corporis figura a prima aetate optima gavisa est valetudine et usque prorsus idonea erat ad res rusticas suas administrandas. Duobus et dimidio abhinc annis ac quidem mense Septembri a. 1854 idque mense graviditatis sexto infantem peperit mortuum. Sed durante graviditate solito majorem abdominis ambitum animadvertebat nec tamen unquam dolores in perinaeo, in regione iliaca per femora, crura, pedes se diffundentes habebat, neque aliis ullis molestiis in urina exinanienda alvove exonerando laborabat, nec unquam querebatur, se onus in pelvi plenitudinem ve inferioris partis abdominis, neque pedes, femora torpentia sentire neve ex loco commovere non posse. Qui ingens ambitus abdominis quum idem post partum remansisset aegrota consultum adiit medicum, qui morbum ejus hydropem asciten habuit eamque monuit, ut transito puerperio curationem idoneam subiret. Quam curationem a medico propositam tamen nihilominus aegrota neglexit omisitque, quando quidem nisi ventris onere nulla valetudinis turbatione sollicitaretur. Mense demum Martio a. 1855 aegrota in conspectum medici illius rediit; tuncque abdomen habebat graviter inflatum, nusquam non manifestam praebens fluctuationem, verumtamen de reliquo bona utebatur neutiquam perturbata valetudine, neque oedemate extremitatum inferiorum neque concoctione impedita affecta erat; atqui purgationes menstruae frustra exspectabantur. Collega in consilium adhibito medicus paracenthesin

proposuit propositamque peregit, quo facto circa 30 quadrantes Silesii liquoris albidi turbidi albuminosi emanaverunt. Qua ratione evacuato abdomine in regione iliaca dextra manibus contrectans duritiem distincte sentire neque vero subtiliter circumscribere potuit. Paucis diebus postquam vulnus sanatum erat, imbecilla de integro bene valebat et cuivis officio suo exsequendo erat; usque autem medicamenta assidue sumere maloque suo firmiter opponere animo obstinato recusabat. Medicus ille sic opinatus est, hydropem ex pressu et irritatione duritiae in regione iliaca dextra repertae, quum nulla alia investigari posset causa manavisse, ascitenque loco esse circumscriptum, atque proinde pro certo habebat, aquam quandoque iterum intus se contracturam esse.

Jam mense Majo ejusdem anni, quum iterum reapse aqua intus se contraxisset, ut iterum detraheretur opus erat, quo facto iterum ac saepius identidem quarta quaque hebdomade detrahebatur. Mirari licet nec tamen rarum est inventu, quod aegrota, quamquam valetudo nullo modo mutata correctaque erat, rursus gravida facta est et quum inito mense Augusto pariendi tempus venisset aqua paullo ante educta puellam facile peperit, quae usque ad hunc diem integra utitur valetudine. Quae quum ita essent, tumor ille, durities commemorata in hac re nec matri praegnanti parientique neque infanti ad formam et valetudinem detrimentum intulerat, quum in aliis hujusmodi causis nonnunquam deformitates membrorum, cranii, cloacarum formationes, ileus, mania et quae sunt generis ejusdem observarentur[1]). Post partum et puerperium item valetudo quemadmodum antea sibi constabat bona, praeterquam quod in extremitatibus inferioribus oedema existeret et, quod perinde malum ac certo exspectandum erat, tumor ille in regione iliaca dextra situs sub oculis fere crescebat. Exinde etiam in regione iliaca sinistra primum commemorato geminus et simillimus alter exoriebatur tumor atque in regione hypochondriaca sinistra tertius, qui a tumoribus inferioribus liber et solutus neque ullo modo cum iis conjunctus esse videbatur. Qui tres tumo-

1) John Longley London, med. Journal Vol. VI 1834 Nr. 140.

res pari celeritate supra modum magis magisque in dies augescebant. Item aqua aucta in dies celeritate contrahebatur ita ut inde ab hoc tempore liquor contractus alterna hebdomade mitteretur necesse esset et quaqua punctione peracta circa 40 quadrantes Silesii liquoris jam supra commemorati evacuarentur. Quae quum ita essent durante morbo usque ad id tempus, quo aegrota clinicen obstetriciam Vratislaviensem petiit, punctio abdominis quater et vicies subinde perfecta est. Tumores paullatim in nimiam magnitudinem excesserant; attamen aegrota excepta illa molestia, quam tanti oneris portatus secum fert, etiam post vicesimam quartam punctionem mediocri utebatur valetudine, neque in ipsa, quod mirum est, ulla inflammationis symptomata in conspectum venerant, nullus dolor, nulla febris nota aderat, et quamquam ciborum concoctio non utique prospere procedebat, tamen non prorsus interpellata erat. Purgationes menstruae, quae jam durante graviditate prima a nobis commemorata cessaverant, non redierant. Multi miseram uxorem, quae diu a moriendo abhorret mortemque fugit atque constanti est animo bono consilio hortabantur eique suadebant, fortasse ipsam si scalpellum adhiberi pateretur sanari posse, et quamvis medicus ille non prorsus ut vulgus dicebat sentiret, tamen censuit, ut Vratislaviam se conferret et apud medicos arte insignes introducta ab iis consilium haud dubium peteret. Earum autem, quae syngrapho retulit medicus summa hactenus.

Morbus progrediens in clinice observatus.

Aegrota paucis diebus postquam punctio vicesima quarta facta est vicesimo nono die m. Martii a. c. in clinice obstetricia recepta palidam quidem faciem sed tamen hauddum cachecticam, extremitates macilentas praebebat, omnino corpus amiserat, infirmaque erat viribus, abdomen, aucto ambitu, aqua denuo intus contracta impletum; ceteris in rebus etiam tunc de nulla molestia aegrota querebatur. Tunc ei primum operi a

nobis sufficiendum erat, ut quo laborabat aegrota morbum exquireremus, cujus naturae esset undeque abdomen complens manaret aqua, utrum ex hydrope ascite, ut medicus ille opinatus est, an ex hydrope saccato peritonaei, omenti, an qui saepissime in feminis occurrit ex hydrope ovarii, an ex echinococcis an alia ex causa; deinde tumores quibus organis adhaererent, cujus indolis essent, si quae conditio iis esset cum aqua intus contracta exploraremus, ut paucis dicam diagnosin differentialem statueremus.

Quaestione instituta primum abdomen inspiciebatur, quod magno ambitu erat, sed aequaliter quoquoversus extensum, nec ultro nec citro magis prominebat. Abdomen palpantes i. e. manibus explorantes praeter distinctam fluctuationem illos tres tumores jam supra commemoratos sentiebamus finesque eorum quodam modo circumscribere poteramus: quorum unus ferme e regione iliaca sinistra, alter e regione iliaca dextra emersus sursum ad superiorem abdominis partem, tertius e regione hypochondriaca oblique directus deorsum spectare videbatur. Qui tumores modice crassi non evanescebant, etiam quum animus aegrotae et cogitationes sermone ab ejus morbo avocarentur, id quod Churchillio[1]) in femina quadam hysterica occurrit. Percutentes i. e. digito impellentes abdomen in regione hypogastrica sonum illum audiebamus tympaniticum, quem intestina pulsata praebere solent. In regionibus iliacis, mesogastricis sonus tympaniticus abierat, pressus, vacuus erat. Qua ex percussione praeterea effici cogique poterat, splenem ad sinistram retro e loco suo motum, hepar diminutum esse. Auscultando nihil novi, quod referendum esset, reperiebamus, neque strepitum, qualis in arte obstetricia perperam placentaris a nonnullis appellatus est, neque crepitum terendo effectum, qui Brightianus vocatur percipiebamus. Exploratione per vaginam instituta uterus ita uti debet positum et collocatum, nullo modo deviatum se praebebat, neque portio vaginalis ultro citrove versa erat, nisi quod uterus alioquin integer aliquantulum descenderat, agitatus autem mobilitatem mediocrem

---

1) On the Principal Diseases of Females.

ostendebat neque ullo modo cum tumoribus conjunctus esse videbatur; utero agitato tumores non commovebantur. Supra laquear vaginae, quae nequaquam longius erat producta nec tumor ullus neque fluctuatio sentiri, premente digito nullus dolor effici, itidem exploratione per intestinum rectum perfecta nihil abnorme, nihil quod tumores ab organis in pelvi minore sitis non alienos esse indicaret perspici poterat. Examine chemico urina juste composita et temperata reperiebatur, albumen non continebat. Exinanitio alvi et urinae molestiam omnino nullam exhibebat; incontinentia urinae non aderat. Quid igitur? Ita fiebat, ut vesica urinaria munus suum rite praestans integra esset, nec non item renes. Aegrota in lecto se erigente inter musculos abdominis rectos non emergebat se tumor ovalis, quod si fit, ut ait Lee[1]) indicio est, tumores in abdomine sitos praesertim ovariorum aliis organis non adhaerere neque ligamentis esse annexos. Abdominis parietes ultro citroque promoventes crepitum quidem Brightianum non audiebamus, sed tumores cum abdominis parietibus simul commoveri, neque aegrota in lecto ultro citroque se convertente sedem mutare cognoscebamus. Vesica urinaria libera, tumoribus non adnexa esse videbatur. Instrumentum, quo Dr. F. Bird primus utebatur, ut agnosceret, an tumores propinquis partibus coaliti essent necne, non adhibitum est, quo tamen carere poteramus, quum multis ex indiciis emanaret, in hac re tumores parietibus abdominis adhaerere. Ex anamnesi quidem non patebat, peritonitidis symptomata unquam apparuisse, sed tamen dubium non erat, quin tumoribus tantis abdominis partes prementibus nonnunquam inflammationes evenirent leves quidem, neque dolore certo loco inhaerente neque alio indicio se significantes, attamen vi abunde sufficiente ad ligamenta formanda, quae tumores et peritonaei partes finitimas inter se conjungerent. Parietes autem abdominis in cavum non erant contracti. Umbilicus non prominebat. Oedema extremitatum inferiorum erat leve, varices deerant summa autem abdo-

---

1) Thomas Safford Lee. Von den Geschwülsten der Gebärmutter und der übrigen weiblichen Geschlechtstheile. 1848. S. 220.

minis in cute venarum varices eaque sub aspectum cadebant lineamenta nigricantia, quae etiam in gravidis e ruptis abdominis quibusdam parietibus occurrunt. Aegrota cibos libenter sumebat facileque concoquere videbatur, nec unquam nausea correpta vomitabat. — Denique examine physico pulmones item cor immutati integrique reperiebantur.

Quae ex exploratione efficiebantur hactenus, ex quibus diagnosis constitueretur necesse erat, problema re vera admodum difficile, quum aegrota nimis sero morbo jam magnopere superante ut exquireretur clinicen peteret stadio initii et incrementi nisi imperfecte non observato. Quae quum ita essent de sede indoleque morbi judicare difficile erat: huc accedit, ut aegrota quemadmodum in adversam valetudinem inciderit, qua ratione morbus progrederetur parum plane deferre posset incertisque responsis nos implicaret, utpote quae affirmaret, primum tumorem in regione hypochondriaca sinistra emersisse, medicus ille contra in regione iliaca dextra. Idcirco iis tantum rebus ad diagnosin constituendum uti poteramus, quas ipsi inveneramus, in medio autem relinquere coacti eramus a primo, unde tumores profecti sint.

Ex valetudine si rem omnem spectas, quae quamquam aegrota jam tertium annum morbo laborabat, tamen tolerabilis et satis bona conservata erat neque ulla dyscrasiae genitae cujusdam indicia in conspectum venerant, efficiendum erat, tumores non esse malignos, quod ut vere conjectatum videretur etiam id fecit, quod nunquam dolorem ullum excitaverant. Deinceps discernendum erat, unde manaret aqua, quam adesse fluctuatio significabat, an tumoribus magna vasa prementibus interminata in cavo abdominis se contraheretur eademne ex causa qua tumores flueret hydropsne esset saccatus. Hydropem asciten non esse inde sequebatur, quod aegrota nondum graviter morbo erat correpta, quamvis morbus in vetustatem incidisset, contra ea hydrope ascite brevi tempore vires exhauriri, in extremitatibus oedemata gravia ori solent; deinde quod urina ut par est mixta compositaque ejusque copia nec justo major nec minor, abdomen tactu durius erat, quam in hydrope ascite; tum quod intestina, id quod ex percussione patebat, in interiore abdominis parte collocata erant tumoribus crescenti-

bus ponderosis eodem submota, hydrope contra ascite intestina in superiore abdominis parte aquae innatantia reperiuntur; tum quod per laquear vaginae fluctuatio sentiri non poterat; denique quod ea quae sentiebatur fluctuatio idemque sonus percussionis et pressus, vacuus et tympaniticus in quolibet statu aegrotae iisdem locis abdominis numquam non inveniebatur; qua ex re idem una patebat, aquam in sacco proprio esse conclusam.

Praeter hydropem asciten symptomata iis similia, quae in hac aegrota reperiebantur aliis quoque in morbis occurrere nos non fugit. At ex summa explorationis censuimus, graviditatem et uterinam et extrauterinam, tumores cysticos fibrosos, sarcomatosos uteri, hydrometram, haemometram, ectasias vesicae urinariae, meteorismum, ectasias intestinorum, hypertrophias hepatis, splenis, echinococcos hepatis, abscessus pelvis, apostemata saccata, infiltrationes telae cellulosae subperitonealis tuberosas, cetera utique excludenda, morbum vero tantummodo hydropem ovarii aut tumorem cysticum omenti majoris esse. – Nemo est medicorum, qui nesciat, quam difficile sit, hunc utrumque morbum discernere, vel tum maxime, quum tumores tam late diffusi sint, ut jam universum abdominis cavum expleant, qua in causa, ut ait Busch[1]), semper incertum est, a qua parte profecti sint. Tumores cysticos cum genitalibus internis nullo modo conjunctos in cavo abdominis sub peritonaeo, inter laminas omenti saepe nasci inter omnes constat. Qui tumores eadem indicia, easdem notas quas tumores cystici ovariorum efficiunt easdem habent mutationes, eandem aquam, imo enim vero crines, dentes et alia generis ejusdem continent, quae alioquin ex ovariis hydropicis saepissime gignantur, postremo eandem petunt recipiuntque curationem. Dum parvi sunt, prima ipsorum sedes atque origo ex re et tempore cognosci quidem potest; quum vero majores evaderint, usitata via et ratione diagnosis vix constitui potest, ubi plurimum signis ex negantibus[2]), et diserte

---

1) Busch, Das Geschlechtsleben des Weibes. Leipzig 1843. Bd. IV. Seite 226.

2) Lee, Von den Geschwülsten der Gebärmutter und der übrigen weiblichen Geschlechtstheile. 1848. S. 174.

ait Scanzoni[1]), se facilius adduci, ut credat, clinicum ejusmodi tumores discernere non posse. Sed revertamur ad propositum.

Perspeximus igitur, saccum fluctuantem tres tumores continentem duriores abdominis cavum explere, quem neque in pelvim persequi neque ex vagina neque ex intestino recto attingere poteramus; cui tumori saccato intestina adversa eran substrata. Dysuria, flatus, obstipationes, quae tumore in pelvi sito prementeque vesicam urinariam, ureteres, intestinum rectum effici possunt signa non aderant, uterus non deviatus aliquantulum modo depressus erat. Id quod purgationes menstruae jam longo abhinc tempore durante graviditate cessatae non redierant ex ipsa rei natura sequi videbatur, quandoquidem aegrota et utraque graviditate et morbo longinquo aliquantum confecta exsanguis facta sit. Nunquam autem ipsa molestiis vexabatur hystericis neque medicos fatigabat sollicitudinem falsam non gerebat, neque systema ejus nervorum in munere suo praestando interpellatum esse videbatur quae symptomata hydrope ovarii per aliquot temporis spatium manente conspici solent. Ex tumoribus in abdomine ortis num mammae, quae cum ovariis ut ita dicam consentire videntur, irritabiliores factae sint turgescerentque, ne initio quidem morbi, quippe qui aegrotam durante graviditate oppressisse videretur, nedum tunc dijudicari potuit, siquidem e graviditas, quod nemo ignorat easdem notas afferre solet, e autem tempore, de quo hoc loco agitur, mammae laxae pendulaeque apparuerunt. Neque observatum est, temporibu menstruationis tumores aut alias molestias magis quam alia crevisse. Huc accedit, quod tumores in media et superior abdominis parte loco omenti, positi erant, ovaria vero integr. magnitudineque certe non aucta haberi solent, quum digit explorante neque ex vagina neque ex intestino recto atting possint[2]). Quae omnia complectentes et inter se comparante id effecimus, hydropem saccatum et tumores esse oment

1) Scanzoni, Lehrbuch der Krankheiten der weiblichen Sexualorgane Wien 1857. S. 389.

2) Ibid. Seite 333.

iamsi Mouchartii[1]) diagnoscendi rationem secuti essemus, ppe qui tum hydropem ovarii adesse conjectaret, quum grotae non pallerent contra genas servarent rubentes, quum iremitates inferiores non tumescerent, ex contrario, quams abdomen in dies cresceret magnitudine, eaedem superiores rent eodem tempore graciliores, quum aegrotae cibos potusie libenter sumerent nec vero siti cruciarentur neque tussint urinam alvumque nullo negotio constanter exinanirent, ıum tumor abdominis neque diureticis neque purgantibus edicaminibus adhibitis minueretur notaeque cachexiae utique essent; tamen ex hoc statu ex hac exploratione non temere overi potuerimus, ut diagnosin mutaremus. Alii medici, ıippe qui aegrotam etiam diligenter et accurate exquirerent ıum idemque nobiscum sentiebant. Sed siquid dubium restisset, speravimus fore ut punctione, ad quam serius ocius pegendam nos coactum iri prospiciebamus, qualiscunque scruulus ex animo evelleretur. Sed jam hoc loco mihi liceat coneri, nos tamen nihilominus in diagnosi statuenda errasse ratumque nostrum sero agnovisse, quum posthac sectio doret, saccum aqua et tumoribus illis impletum non omenti, d ovarii sinistri esse. Diagnosin autem tumorum ovarii ex mpore sane difficillimam esse inde apparet, quod chirurgi variotomia centies et quater et decies incepta quater et vicies esistere coacti sunt et in quadraginta quattuor ejusmodi caus sexies vel ne tumorem quidem invenerunt.[2])

Quod ad prognosin attinet, ad sanationem absolutam et erfectam infausta accipiebatur, siquidem semper prognosis nnium hujusmodi morborum in pejorem partem vertitur, uum et diagnosis in magna versetur difficultate medicoque ıranti modum imponat et perquam pauca remedia ei praesto nt ad eos curandos; in sanitate ad integrum restituenda nihil ɔei unquam reponi potest, quotiescunque affirmet Hamilton, sum hydropem ovarii etiam praevalentem radicitus sanasse cetque Ollenroth[3]), utpote cui semel contigerit, ut hydro-

1) Aeskulaap. 1836. Derde Stuk.

2) Lee, Von den Geschwülsten der Gebärmutter und der übrigen weiblien Geschlechtstheile. 1848. Seite 215.

3) J. C. F. Ollenroth, Die Heilbarkeit der Eierstockswassersucht. 1843

pem ovarii sanaret, qua ratione semper funditus curetur d cuerit. — Quod ad vitam conservandam attinet, initio mo prognosis minus infausta esse solet, quum ut fere fit tumor ejusmodi sensim et pauliatim crescant neque rarissime mag tudinem quandam assecuti subsistant et amplius crescere de nant, quum ut Buschii[1]) verbis utar, vis medicatrix natur saepe inopinato actuosa et industria sit, quum graviditate, flammationibus ortis in tumoribus, resorptione, exinanitione p intestinum rectum, per vaginam, per vesicam, cetera tumor remoti sint, quum id quod si etiam non acciderit, morbusq ingravesceret, aegrotae senectutem adipisci possint. Riel rand e. g. virginem caelibem novit, quae jam tricesimo aeta anno hydrope ovarii tentata 85 annos vixit. Hunter[2]) aegr tam commemorat, cui per 25 annos paracenthesi octagies p racta 13 mensurae, quas Oxhoft vocant, eductae sunt. A. Thompsonio auctore feminae cuidam, quae ipsi hydrope ova laborare videbatur ca. 620 Quadrantes aquae 48 punctionib missi sunt, ubi post mortem sectio tumores omenti, non ova fuisse docuit. — At nos non celabamus, aegrotae undique i minere discrimina, ex inflammatione et sacci hydropici et o ganorum abdominis, e suppuratione, e perforatione et efflux aquae tumore saccato inclusae in cavum peritonaei, ceter eamque tandem aliquando quas etiam si subterfugeret calam tates hancque evitaret Charybdim, tamen in alteram Scylla incasuram confectioneque virium in praedam mortis certa cessuram esse, quum morbo tantopere progresso in vi illa m dicatrice naturae multum spei salutis poni non posset, exst patio autem tumoris, quum res ita se haberet, nullo mo posset excusari.

De therapia nostra pauca tantum sunt afferenda. Qu aegrota ut ejus tumoribus scalpellum adhiberetur clinicen p tierat, suis stabat judiciis medicamina interna repudiandi, q bus ceterum ne opus quidem erat, quum excepto abdomin pondere nullis molestiis angeretur, cibos potusque liben

---

1) Busch, Das Geschlechtsleben des Weibes. Leipzig 1843. Bd. IV. S. 2
2) Philosophical Transactions. Vol. LXXIV. 1784.

ceret, urinam alvumque facile exinaniret atque oedema ex-
mitatum perfecte evanesceret.

Therapia tumorum cysticorum quum omenti tum ovarii
riis respondere debet indicationibus: ejus enim est, causam
rbi tollere, aquam subducere, molestias morbum sequentes
perare tandem tumores ipsos funditus tollere. — Aetiologia
tem hujus valetudinis generis ut omnes sciunt admodum ad-
c obscura est, nec saepe certo in singularibus rebus causa
nstrari nedum tolli potest. Si quas autores afferre solent
usarum, ut dysmenorrhoeam, graviditatem, perfrictionem,
nis raros aut crebros complexus venereos vel maxime con-
lto prohibita conceptione, libidines naturae repugnantes,
orem repudiatum infelicem, partus crebriores animi concita-
nes, sudores, exanthemata suppressa, plethoram abdomina-
n, cetera, haec illave esset potissimum accusanda dijudicari,
aedispositio hereditaria monstrari non potuit. Oophoritidis
ronicae, dyscrasiae ullius notae non aderant. Haud dubie
ima causa jam diu efficax esse desivit, ergo tolli non potuit.

Quid porro? Quid erat agendum, ut reliquis indicationibus
tisfieret? Permultae omni tempore medendi rationes varia
tuna in usum vocabantur, quarum aliae ab aliis medicis
do laudabantur, modo repudiabantur, sed usque ad hunc
em incassum frustraque huic scandalo medicorum medicina
aeritur, licet Dewesii opinio nequaquam probanda est, the-
piam contra ejusmodi tumores omnino nihil valere. Verum-
nen nos medicaminibus resorbentibus, derivantibus, evacu
tibus, emeticis, diaphoreticis, iodinis, mercurialibus, digi-
i, cicuta, stibio, liquore kali caustici, oleo terebinthinae,
lcaria muriatica, unguento hydrargyri cinereo, ungt. tartari
biati, vesicantibus, moxis, setaceis, fonticulis, ceteris, quibus
nibus Burns eandem ait inesse vim in hydropem ovarii,
am in formam narium aegrotae, contra tantos tumores nihil
ofecturos esse manifestum erat. Et quamvis Huntero[1]) non
nino consentiremus, quippe qui illa medicamina omnia uti-
e noxia sperneret, quem insuper hydrops ovarii numquam

1) Med Observ. and Inquir. Vol. II p 41

non inclamare ut ita dicam videretur: Noli me tangere! qu
affirmaret, eas aegrotas prae aliis diutissime conservatas e
quae paucissima aut omnino nulla remedia malo opponere
tamen etiam hanc aegrotam eo diutius victuram esse facile
telligebamus, quo minus medicaminibus vires conficientibus u
retur. Exstirpatione autem tumorum sanitatem veram aeg
tae reddere non conati essemus, etiamsi eos ad ovarium p
tinere cognovissemus, non modo quod Scanzonii [1]) sentent
assentiebamus, ovariotomiam nimium audax esse facinus chir
gicum, quum medicus proventum secundum neutiquam pr
stituere possit ea firmitate fiduciaque, quae in aliis magnis
rationibus chirurgicis scalpellum ejus ducit regitque, et ex
rimentis cognitum sit, saepe ovariotomiae vel faustissi
conditionibus et a chirurgis in arte sua multum versatis p
fectae jamjam paucis diebus imo vero paucishoris interjec
mortem successisse: sed etiam quod adhaesiones easque lo
lateque patentes inter tumorem saccatum et organa finit
esse exploratum habuimus, utpote quae per se interdicant
exstirpatio tumoris audeatur. Item incisio et excisio tum
saccati abjiciendae videbantur, quippe quae aegrotam in
eadem, in quae ovariotomia discrimina vocare possent.

Ideo quod id eniti et contendere nequebamus, ut iis q
adhuc in usum vocari solent medendi rationibus integram
nitatem aegrotae redderemus, non poteramus, quin remediis s
ritum prorogandi uteremur et molestias in lucem prodeun
sublevaremus diaetam praescribentes, qua vires quam diu
sime sustentarentur, victum non nimis largum atqui fir
materiae facilemque concoctu, aegrotam in aëre puro, sic
salubri detinentes, ut modicis exercitationibus uteretur,
animi motus vitaret atque ea omnia declinaret, quae nocit
viderentur praecipientes, denique pericula emergentia def
dentes.

Cui extremae indicationi ut responderemus brevi postqu
aegrota in clinice recepta est cogebamur, quum ingens aq

---

1) Scanzoni. Lehrbuch der Krankheiten der weiblichen Sexual-Org.
Wien 1857 S. 413.

ua denuo intus contractae gravissimam dyspnoeam effecis-
ut aegrota difficultate spirandi propemodum strangularetur
ue ita ad mortis periculum adduceretur, quo ex praecipiti
uum aqua quam celerrime educta i. e. paracenthesi levari
sset. Quam punctionem vicesimam quintam non plus vali-
am esse ad morbum sanandum, quam superiores certum
buimus, licet paracenthesis initio morbi peracta nonnunquam
rbum sanaret at saltem quiescere faceret; saepe vero ad vi-
n diu sustinendam adjuvit. At multum quoque periculi in
racenthesi esse quin sciat nemo est, et jure ex parte Morga-
i q. l. commemorat: „Certe autem junior Vernejus chirur-
s siquis alius in paracenthesi exercitatissimus diserte negat
ullam, quae saccato hydrope teneretur vidisse sanatam
in plures, quae satis bene valentes nullaque alia nisi onerosi
ntris molestia pressae, quum ab hac per eductam aquam liberare
vellent, brevi ait periisse, diu ceteroquin imo interdum diutis-
ne, ut saepe indicata exempla ostendunt victuras; sed et alii
ssim viderunt, paracenthesin in his morbis citam mortem esse
cutam" et alio loco: „Mitto cetera, nam vel ex hisce jam sa-
superque intelligis, cur hic paracenthesis non modo inutilis
d et noxia miserae mulieri contingat". In paracenthesi
gna sacci vasa laedi et aegrotam cum sanguine animam ef-
ndere, paracenthesin subitam et mortiferam animae defectio-
m efficere aut paucis diebus virium confectione mortem afferre
sse, paracta aliquando punctione aquam denuo intus et ci-
s contrahi et vires confici, aut inflammationem quum sacci
dropici tum peritonaei moveri capitalem aut cystam novam
primis in tumoribus colloideis emergere et celerrime crescere
n nego. Sunt ista; attamen haec una via, quandoque jam
cta ad salutem visa est in vitae discrimine versanti, quum pul-
ones in actione ad vitam prorsus necessaria interpellarentur.
uum igitur non esset optio agendi, punctionem 4 die m. Apri-
a. c. ita perfecimus, ut vesica urinaria exonerata aegrota in
rgine lecti sedente, ubi fluctuatio manifestissima saccusque
uissimus apparebat in declivi sacci parte in linea alba durio-
s massas vitantes stiletum troacaris crassi uno impetu vi satis
gna in abdomen infigeremus eodem tempore fasciam abdo-
n circumdantem attrahentes dum stileto educto aqua mitti-

tur spatiis certi subinde interjectis, ut saccus sensim evacutus primum ut par est comprimeretur, ne pressus aquae pri justo citius minueretur, quippe quae alioquin cito se rursus cotraheret, deinde ne intestina subito se extenderent, denique animus aegrotam relinqueret. Aqua fere omni exinanita plmaceolum cerato imbutum in vulnere posuimus et circa abdmen fasciam modice attractam applicavimus. Siphonem trocaris infixum non reliquimus neque liquores irritantes injemus nec aërem inspiravimus, quibus rebus sacci inflammat effici soleat, cujus vim nemo ante emetiri possit, quae tam vitam aegrotae utique in discrimen vocetur. Quod aqua fe omnis effluxerat et fluctuatio antea manifestissima plane evnuerat, unum potissimum saccum adesse ingentis magnitudi perspicuum erat, cujus tumores tunc acrius sentiebantur. quod jam supra conjectavimus, saccum hydropicum parietibabdominis coalitum esse, paracenthesi verum confirmabat quum aqua paullatim effluente paries abdominis utcumq sequeretur et intus contraheretur neque sipho huc vel ill moveretur sed usque ad eandem spectaret regionem neque tmores deorsum delaberentur. — Statim ex operatione aegro admodum confecta erat, neque vero animus eam reliquit, se perinde atque post punctiones superiores circiter 24—48 hora capitis dolore premebatur, posthac tamen brevi tempore reciebatur et mirum in modum se levatam esse confitebatur; vicem dyspnoeae, sensusque corporis inflati et monstrose amplificati et angoris timorisque ne suffocaretur, incredibilis vluptas et tranquillitas successit: pulmones de integro uti ant hac recte vigebant, animus demissus cessit.

Sed jamjam paucis post diebus uti tum jam consuetu ferebat, aegrota se denuo crassiorem fieri sentiebat, quo fac ambitus abdominis quattuor decem diebus augebatur adeo fere longius latiusque quam antea pateret et ut paracenthes repeteretur exigeret. Qua punctione sicuti primum circit quadraginta duo quadrantes aquae exinaniti sunt. Tanta aquae copiam ex aëre bibitum esse a corpore, ut Ford[1]) s

1) Meissner, die Frauenzimmerkrankheiten 1845 Bd. II. 1. Abth. S. 295

…ir, vix pro certo sumi potest; verius autem Meissner conji-…e videtur, solidas corporis partes simili modo hac in re …ivi, sicut in diabete, quapropter corpus adeo macrescat. …stea punctio abdominis alterna hebdomade identidem repe-…batur. Neque in hac causa non experti sumus id quod in-…r omnes constat, ut paracenthesis aliquando peracta brevi et …evimagis tempore interjecto repetatur opus esse et aquae co-…am nunquam non majorem fieri quapropter haec medendi ratio, …uum aut confectione virium aut inflammatione ejusque seque-…s in ipsa morbus finire vitam soleat, haud immerito, „initium …nis" vocata est. qui finis dolendus etiam in hac re duobus …re annis post primam punctionem ut assolet ingruit.

Die 25. m. Junii a. c. punctio a nobis septima, omnino tri-…esima prima et quidem ultima facta est more suo, in qua ni-…il contra morem consuetudinemque evenit, nisi quod quam …dhuc usque aliquando dolorem excitaret acerbiorem. Qualis …qua antehac usque etiam tunc educebatur albida, turbida, al-…uminoidea, paullo tenacior, gelatinosa, acido nitrico quidem …ddito nec vero sponte neque cocta congelans, albumen, fibri-…um, gelatinam, albumen natro temperatum, planas cellulas …pitheliales orbiculatas et materiam extractivam continens, …uae aqua et aethere solvebatur; cholestearinum non jam re-…ertum est. Quae aqua in punctionibus sese excipientibus …pissa et spissa magis apparuerat. Sub finem hujus exinani-…onis aquae modo descriptae circa 45 quadrantibus eductis …quor effluebat purulentus passim sanguine mixtus. Quae …uum ita essent, durante morbo in summa circiter 21 ampho-…ae aquae eductae sunt, copia profecto aliquantum permagna; …tqui in aqua procreanda Hunteri[1]) aegrota, quippe quae oc-…gies compuncta tredecim mensuras, quas Oxhoft vocant, et …ta Heidrichii[2]), quae ducenties nonagies nonies compuncta …rca 55 amphoras evacuarent, nec non Meadii[3]) aegrota, cujus …mulo, qui in coementario Bunhillfieldico reperitur verba in-

1) Philosophical. Transactions. Vol. LXXIV. 1784

2) Dissert. sistens casum memorabilem ascitae et destructionis ovariorum …erolin. 1825.

3) Lee, Von den Geschwülsten der Gebärmutter und der übrigen weibli-…en Geschlechtstheile. 1848. Seite 194.

scripta leguntur haecce: „Hic requiescit Marie Page, vidi Gregory Page, quae 21 die m. Martii a, 1728 e vita discess. quinquagesimum sextum annum egressa", et in parte avers: „Mensibus 67 sexagies sexies ei aqua missa est, cujus summa 240 mensurae, quas Gallone vocant effluxerunt, ne tamen ipsa unquam adversus calamitatem hanc fremuit, nequ punctionem timuit", multo erant feraciores. Primi quattu dies post punctionem pariter ut antea praeterierunt, nisi quo aegrota doloribus vulneris et partium propinquarum acrior bus conflictaretur; tamen bene quievit cibumque appetiit. Di 30 m. Junii frigore tentata exinde aestu febrique jactabatu: arteriarum pulsus erant frequentissimi, horae sexagesima 140 simul una sitis urebat fauces. Paullo post aegrota nause correpta semel iterumve subinde vomitabat vomituque massa biliosas reddebat, quo facto gravis virium collapsus ingrui Animus aliqua ex parte erat alienatus et gravatus, cutis sicc facies palida, lurida apparuit; alvus autem juste solvebatu. Insuper etiam notandum est, sacchari aliquantum in urina re pertum esse. Saturationem tunc cum aqua amygd. amar., pc tus refrigerantes, cataplasmata calida alvo admovenda prae scripsimus suspicantes vulnus inflammatum esse et inflamma tionem latius se diffundere. Tamen nihilominus abdome pressu non admodum irritabatur, non ultra modum erat ex tensum. Proximis diebus virium collapsus augebatur, in gra vescebat, dolores abdominis acerbiores evadebant; sacchari quotidem antehac cum urina secernebatur. Die 2. m. Julii pul sus arteriarum frequentia quidem minuebantur, sed exigu imbecillique, filiformes erant. Tunc alvus ultra modum flue bat, extremitates inferiores oedemate intumescebant, iterum ac saepius identidem indormiebant et paullatim sensus exper es fiebant. Praeterea spirandi difficultates incedebant, qua minime ad mechanicam coarctationem cavi thoracis et pulmo num referri poterant, siquidem abdomine multo magis aqua copia ingenti extenso nunquam antea tanta dyspnoea orta es Tunc remedia excitantia, aether, vinum in usum vacata sun linimenta irritantia thoraci infricabantur. Sed in dies morbu ingravescebat, aegrota frigido sudore sudabat et sub oculi in solutionem haud dubiam vadebat et 4 die m. Julii, post

am ipsa superiore nocte emplastrum, quod post ultimam inctionem vulneri impositum erat, ut spirandi copiam sibi faret, et magna saniei copia effluxerat, viribus summopere ifectis mane hora septima et dimidia animam efflavit. ctio jam eodem die post meridiem hora tertia facta est.

De sectione relatio.

Insecto apertoque funere reperimus cerebrum integrum, ullum exsangue, pulmonum parenchyma prorsus immutam exceptis solis lobis inferioribus, qui magnopere oedemate tumuerant; cor sanum sanguinem laxe coagulatum contins. Aperto cavo peritonaei primum magna copia aquae aetenuis colore flavescente effluxit, quae perspicue tenuitate inctionibus eductam longe antecessit et haud dubie inflamatione proximis diebus orta quum sacco hydropico perfoto tum effluxa ex parte aqua et sanie in cavum peritonei efsa est, quod tandem postremo sanies coacta, crassior effluet. Uno et eodem tempore saccus permagnus erat incisus, pelvi minore quodam modo sursum ascendens omento mari et intestino colo transverso, quod aliter ulcerationi patens moribus tantis prementibus tamen integrum repertum est, versus autem et utrobique maxima ex parte cum peritonaeo alitus erat. Qui tumor saccatus quamvis non tanto ambitu at, quanto in illa femina, quae Ludovico Caillot auctore[1] um primum non fulta erat, trunco prona curvabatur, quaopter per complures annos abdomen in mensa in arcum siata ante se nitebatur et cujus tumor ovarii post mortem ab ero discissus 60 libras valebat; tamen totum cavum abdomi explevit, neque processum ensiformem luxaverat, id quod e[2]) saepius ipse vidit, neque periter ac in aegrota Adelman-[3]), ubi diaphragma e pressu ovarii hydropici solutum et om-

---

1) Journal général de medicine. Tom. IV. 1824.

2) Lee, Von den Geschwülsten der Gebärmutter und der übrigen weiblin Geschlechtstheile. 1848. Seite 166.

3) El. v. Siebold's Journal für Geburtshülfe. Bd. IV. H. I. S. 91.

nino sublatum, hepar in cavum thoracis dextrum loco su amotum et cum pleura coalitum, in cavo thoracis sinistro sple juxta cor, ventriculus, pancreas et in loco diaphragmatis c lon transversum, uterus alte degravatus erat, non tantoper inquam, partes finitimas hic tumor locis suis moverat. Et nim intestinum tenue in pelvi minore positum erat, splen sin strorsus longe in aversum dimotus, hepar in cultro ut dicu collocatum. Incisione tumoris producta et dilatata et reliqu sanie, quae subflava flocculis fibrinosis commixta apparu emanata partes interiores sacci oculis perlustrari et invisi p tuerunt; jam patuit, tumorem esse saccum unum hydropicun qui quotiescunque aqua mitteretur compunctus sit. Tumore in pelvim minorem sequentes pediculum invenimus crassit dine digitali, quo tumor sinistra cum utero conjunctus era Tumor autem ille vastus ingensque nihil aliud erat nisi func tus commutatum et degeneratum ovarium sinistrum, qu multis auctoribus saepius hydrope affici videtur quam dextru Tumorem medicus ille ubi primum aegrotae curationem susc pit haud scio an propterea a dextra senserit, quod factum es potest, ut tumor ovarii in pediculo tenui haerens ex ponde suo in regionem iliacam dextram delapsus sit, quod Mitsch lio[1]) et Martinio[2]) semel utrique occurrit: sed longe absum, negem fieri potuisse, ut sacci tumor dexter, de quo paullo i ferius accuratius agetur, primus in regione iliaca dextra nat sit. Universum autem tumorem jam ante ultimam gravidit tem in pelvim majorem se sustulisse oportet quum aliter pe cipi non posset, qui factum sit, ut foetus in otio et pace libe et expedite incolumis crevisset; forsitan vero ovarium amp ficatum jam in penultima graviditate adjuverit, ut foetus ventre interierit et ante tempus expulsus sit. Ovarium de trum penitus integrum erat, uterus item dumtaxat vasto t more modice depressus. Vesica urinaria et intestinum r ctum ubi locum habent reperta sunt.

1) American med. Record. Vol. VIII. p. 685.

2) Martin, Ueber die Eierstockswassersuchten, insbesondere deren E kenntniss und Heilung. Jena 1852. S. 48.

Tunc tumor cum organis genitalibus, vesica urinaria et in-stino recto cohaerens exemtus est, quo facto reliqua organa cavo peritonaei sita facilius invisi poterant. Splen parvus, idus, callo crasso obtectus ceteroquin plane eodem loco in-ntus est, quo percussione aegrota viva in diagnosi differen-ali constituenda repertus erat, Hepar ad minorem modum at redactum, textura ejus in marginibus spissa, solida, ad ediam partem mediocri densitate. Renes per omnes partes lvi erant, quod nobis haud inopinatum accidit, quum viva grota nunquam albumen in urina, cujus quae debet copia cernebatur, repertum sit. Pelvis minor in excavatione os-s sacri profunde erat impressa, id quod quantum con-ctare licet, e pressu tumoris perdiuturno ossis sacri repe-ndum est.

Omni liquore effuso tumor cysticus libras $10\frac{3}{4}$ valuit, in-enti jam aquae copia impletus non jucundissima videlicet sar-na pro femina insuper infirma; atqui pondere, quod tamen on admodum miserandum est, superabatur ab illo tumore, ui narrante Dieffenbachio [1]) tanto ambitu pondereque erat, uantum vix duo viri tollere possent. Forma erat omni ex urte globosa, licet in amplissimum ambitum excessisset; ex-rno ejus velamento ex toto explanato in pariete intimo pectatum praebuit tumores in gemmae modum luxuriatos in vum sacci, solidiores, subrotundos, qui magnitudine alibi ucis avellanae, alibi capitis virilis erant et in tres partes ma-res comprehendi poterant, quarum una sinistra, altera dextra ursum ab imo luxuriata erat, tertia a sinistra dextrorsum a mmo ad imum oblique descendebat. Pediculus multo magis uis erat superiore tumoris parte quoquoversus late patente.

Densitate tumores in sacci hydropici cavo positi inter se fferebant ac quidem ita, ut alibi telae fibrosae alibi medullae rebrali, nusquam vero cartilaginibus ossibusve aequarent. torum color paene idem erat, quum et internus sacci com-unis paries et tumores in cavo jacentes massa exsudata ae-ali, sordida, helvina obruti essent. Ceteroquin in his tumo-

---

1) Rust's Magazin für die gesammte Heilkunde XXV. 2.

ribus tubercula mollia, medullae cerebri densitate paria non nihil pallidiore colore prominebant; in nonnullis eorum vestigi erant conspicua sanguinis effusi vasis diruptis ceterum ho loco frequentibus. Quae vasa, opinor eo rumpebantur, quo vel parietes tumoris saccati et tumores solidiores aqua usqu se contrahente et uno tempore vasa magis magisque extende bantur, vel tumoribus emollientibus vasa ex parte destrueban tur, quo facto sanguis effusus cum aqua, quae sacco con tinebatur, se miscebat, unde sparsa sanguinis coagulati fra gmenta emanaverant, de quibus quum de ultima punctione e de sectione ageretur, jam commemoravimus. Praeter nodulos ex quibus majores tumores compositi erant, eminentiae mino res fere magnitudine fabae ex pariete interno libere in cavum prosiluerant projectaeque erant ex solida quidem sed moll medullae simili potissimum massa compositae. Inciso aliquo piam majorum tumorum aspectus varius se praebuit: etenim basis tumoris e magnis cellulis composita retis fibrinosi insta apparuit. Quae cellulae partim cava separata, partim inte se conjunctae erant; massa ex iis profluebat gelatinosa gran epithelii et adipis commixta vario colore alibi fulva, lutea, alil minus nigricans, alibi etiam flava, quae addito acido acetic concentrato coagulabatur, solutione kali hydrati imperfect aqua et aethere non solvebatur; insuper paullo spissior era quam aqua punctionibus antea educta; erat ideo mera mass colloidea et tumor principalis haud dubie tumor simplex gela tinosus sive colloideus. Paullo superius massa cellulis con tenta magis magisque turbida apparebat, usque tandem i culmine totius tumoris colore subalbido qualem fungus medu laris aspectum praebebat, ubi structura cellulosa non jam co gnosci poterat. Attamen tumore ex parte semel iterumve aqua expresso atque ita materia fungosa quoquo modo amot textura modo commemorata maculis magnis distincta hic quo que apparuit, inde patuit etiam hic degenerationem colloidea primam fuisse.

Exploratio microscopica.

Status tumorum ovarii cysticorum ab aliis auctoribus alius
pertus aliterque descriptus est. Microscopio in hac re pri
um paries sacci magni densus, extrinsecus subalbidus explo-
ıbatur, qui tribus laminis constantem se praebebat: quarum
ıperior sive externa composita erat ex fibris telae conjuncti-
ae per longitudinem se producentibus carens magna ex parte
ervis vasisque et si quae mediocres, minutae aderant. Itaque
unctione aegrota nunquam in periculum adducta erat ani-
ıae cum sanguine effundendae: lamina media nigricans eadem
x tela conjunctiva composita erat, cujus fibrae directe fissae
ıultis fibris elasticis interspersis mixtae erant, in qua major
asorum capillarium reperiebatur copia quae vasa in statu hy-
eraemico quin etiam passim dirupta apparebant; sanguis ex
s effusus conspicuus erat; lamina tertia sive interna teneris
onstabat multum in semet ipsos implicatis fibrarum ordinibus
uibus magna copia corpusculorum in modum cellularum for-
ıatorum specie inter se admodum differentium immixta erat.
Quae corpuscula partim exploratis tumorum incisuris subti-
ssimis partim singula in partibus deradendo e retis fibrosi
ıaculis submotis, expressae cognoscebantur cellulae carcino-
ıatis propriae, quae in superficie hujus membranae, ubi tumo-
ım majorum expers erat in massa exsudata jam supra com-
ıemorata ex rubro pallente multo frequentiores apparebant.
arietes cellularum, quae in tumoribus solidioribus inerant
ıb microscopio qualis sacci magni paries describebatar tales
nnino se ostendebant. Massae colloideae structura omni
ırenti jam hoc ipso loco cellulae carcinomatis propriae im-
ixtae reperiebantur. Paullo superius in massis fungo me-
ıllari simillimis eadem structura parietum cellularum sub
spectum cadebat. Quae partes cellulis summatim compositae
ant nucleos magnos eosdem spendidos continentibus forma
tateque interse multifariam discrepantibus, quae in acido
cetico nec vero in aqua fervente solvebantur, manifeste ex-
escentibus passim cellulis maternis; quae quum ita essent,
eram continebant massam carcinomatosam. Folliculorum

Graafianorum, qui stromate ovarii tanta in commutatione ver sante uno et eodem tempore opprimebantur et destruebantu nusquam scilicet ullum vestigium in conspectum venit. nequ vestigium texturae integrae uspiam repertum est.

Epicrisis microscopica.

Qui status e sectione et exploratione microscopio perac patens nisi quod morbi tamquam consummati ejusque effectu reliquum erat nihil ostendit nosque non potuimus, quin tum rum structuram cum stromate ovarii integri comparantes tu morumque partes singulas easque diversas inter se conferen tes quoquo modo haud commode videlicet originem et exitu morbi componeremus. Paries autem sacci magni communi quem modo accuratius describere intendimus, et parietes cellu larum tumores internos solidos componentium structura int se aequales erant: inde sequebatur eos originis et natura ejusdem, causis antecedentibus iisdem effectos esse. Cellula vero minores paullulum evolutae certo colloideae agnoscebar tur. Primus igitur morbus sola erat meraque degenerati ovarii sinistri colloidea, quae profecto nimis saepe in ovari occurit, quod stroma ovarii e texto suo maculis distincto, ret culato tamquam accomodatum et opportunum est, in quo mass colloidea deponatur. Etiam hac in re stroma, in quo cav parvula massa gelatinosa impleta sensim et paullatim gign bantur et non folliculi Graafiani, quorum ex nisu quodam for mativo quem dicunt multi quamlibet luxuriem ovariorum r petunt haud cogitantes, si quis adesset ovario universo eu convenire, stroma, inquam, solum tamquam officina erat, i qua malum mortiferum paratum est. —

Una imprimis cellula colloidea cum damno reliquarum a tantam creverat magnitudinem, quantam vel ingentem reper mus, ita ut inter reliquas tumoris partes longe promineret i que superpenderet; quae cellula ex innata quadam ejusmo tumorum proclivitate creverat usque adeo donec parietes a

minis ei terminos ponerent, ac quidem cellula quaedam an-
a, idem quod Andralio iterum ac saepius usu venerat, ultra
dum luxuriata erat magnitudineque tandem aliquando reli-
is cellulis praestabat, quae saepe occurrens extensio maxima
llularum imprimis adversarum, Buschio[1]) ex eo repetenda
se videtur, quod molles parietes abdominis anteriores tu-
ore crescenti non multum resistant facileque cedant. Ex pa-
te interno cellae maximae ut fere fit novum tamquam genus
ssim cellurarum colloidearum prosiluerat, quippe quae
sa in parietibus quasi semen ad procreandas novas cellulas
as dicunt secundarias contineat, ita ut quum ex maculis pa-
tis, tum ex primo tumoris fundamento cellulae novae for-
itae in cavum amplissimum descenderent.

Morbo superante conditionibus nobis ignotis ad colloi-
am degeneratio carcinomatosa accesserat, neque verumta-
n indiciorum vis, quae cancrum comitantia significare so-
int, unquam sub aspectum venerant, neque degeneratio car-
iomatosa tumoris ovarii per vicinas aliasve ullas corporis
rtes se diffuderat. Color cachexiae carcinomatosae pro-
ius faciei, acerrimi dolores urentes, pungentes, lancinantes
itusque is universus, qui carcinoma praesens notare soleat
n conspectus est. Ceterum nemo ignorat, degenerationem
lloideam cum carcinomate hac ratione saepe conjunctam re-
riri illamque necessitate quadam hoc attingere. Carcinoma
parietibus cellularum colloidearum profectum esse mani-
stum erat, quum videlicet massa colloidea elementis plasti-
utique carens per se fundamentum esse non possit, ex quo
iltae eaeque novae formentur cellulae. Tumoris autem in
lmine cellulae carcinomatis uberrime effloruerant, ubi tabu-
um ut ita dicam tumoris, retis illius fibrinosi, maculas to-
explerent, massa colloidea quae antea iis continebatur sen-
n submota, atque ita tumorem primo funditus colloideum in
rum et immixtum carcinoma medullare permutarent. Mor-
s vero, quo periit aegrota, cellae magnae erat inflammatio
cinomatosa, qua massae exsudatae carcinomatosae jam su-
a commemoratae originem petebant; parvae illae eminentiae

) Busch, Das Geschlechtsleben des Weibes. Leipzig 1843. Bd. IV. S. 274.

magnitudine fabae in sacci pariete positae utique carcinoma medullaria se ostendebant. Qualis exitus hydropis ovarii n(raro ocurrit, quum et tunicae cystas secundarias tegentes tunicae cystae primordialis interdum inflammationi succu bant atque ita mortem afferant.

Si nomen hujus morbi ovarii quaeris, nomen „hydro ovarii" uti generis notio collectionum cujusvis generis aqu rum in tumoribus ovarii cysticis non ut Burns sibi vult, u que rejiciendum nobis videtur; attamen hanc degeneration ovarii accuratius circumscribere liceat ea de cauea, quod era qui fere omnes tumores cysticos in abdominis cavo cresce tes hydropem ovarii vocarent sive tumores ab ovario sive ligamento uteri lato sive ab omento sive a tuba Fallopiae pr fecti essent. Propterea quod cava et parietes cellularum tumores in iis luxuriantes sedes massae colloideae et postl ipsae carcinomatosae erant, si integrum ac liberum esset t morem ovarii cysticum colloideum multiplum cum carcinom secundario sive cystocarcinoma ovarii sinistri mult plum colloideum nominare nobis videremur.

VITA.

Natus sum Emanuel Pisarski, fidei catholicae addic-
ıs die 15. m. Octobris anni XXII. h. s. Pilchovicii, Silesiae
ıperioris oppido, patre Matthaeo, matre Ursula e gente
taniura, quos mihi parentes Deus per longissimum tempus
ıcolumes servet. Primis literarum elementis imbutus Gym-
asium catholicum Gliviciense adii, quod t. t. directore Dr. Ka-
ath florens annos octo frequentavi. Tunc testimonio matu-
tatis instructus m. Octobri a. h. s. LIII. hanc almam litera-
ım universitatem Viadrinam Vratislaviensem petii et ab Ill.
begg t. t. fasces academicos tenente in numerum civium
cademicorum receptus apud Ill. beat. Mowers tum maxime
everendi theologorum catholicorum ordinis Decanum nomen
te professus sum. Sed jam semestri interjecto theologiae stu-
ium deposui et apud Ill. Benedict tum gratiosi medicorum
rdinis Decanum nomen dedi.

Per quadriennium interfui scholis disserentium. Vi-
orum Illustrissimorum, Celeberrimorum, Experientissi-
orum: Aubert, Barkow, Benedict, Betschler,
raniss, Duflos, Frerichs, Glocker, Goeppert,
eat. Gravenhorst, Grosser, beat. Henschel, Kirch-
off, Loewig, Middeldorpf, beat. Nega, Neumann,
aul, Reichert, Reymann, Rühle.

In exercitationibus anatomicis et zootomicis Ill. Bar-
ow, in clinico et policlinico obstetricio Ill. Betschler, in
inico et policlinico medico Ill. Frerichs, in clinico et po-
linico chirurchico-ophthalmiatrico Ill. Middeldorpf du-
s mihi fuerunt benevolentissimi atque excellentissimi:

In exercitationibus clinicis benignissime me adjuverunt: Exp. DD. Cohn, Foerster, Freund, de Glisczyński, Joseph, Langer, Rühle, Valentiner, Weidner.

Quibus omnibus viris Ill. Cel. Exp. ex intimo animo gratias ago quam maximas.

Tentaminibus vero et philosophico et medico nec non examine rigoroso superatis, spero fore ut dissertatione rite defensa summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

Theses defendendae.

1) Remedia narcotica excitatione effecta sedant.
2) Rheumatismus intestinorum non est.
3) Ovariotomia rejicienda est.
4) Crepitus placentaris non est.
5) Indicium proprium aliquem aquis haustum esse non constat.
